bunt per eam. Et in apocalypsin de ciuitate sup
na iohannes. Nec intrabit per eam inquit aliquid
coinquinatum & faciens abhominationem &
mendacium. nisi qui scripti sunt in libro uitę &
agni. Propter quod karissimi hęc expectantes satisagi
te inmaculati & inuiolati inueniri ei in pa
ce. Hec sunt uigilię sanctę de quibus dicitur. Beati serui
illi. quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes.
Uigilat namque qui se a sordibus uiciorum immunem
custodit. qui quantum in se est cum omnibus hominibus
pacem habet & qui in se ipso pace utens felicis
sima omnes carnis inlecebras spiritus regimini sub
dit. Et quod addidit ei id est domino. quia ille solus
solus perfecte mundus est. qui diuino iudicio
mundus est. Et domini nostri longanimitatem salutem
arbitramini. Nolite putare quia tardat

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. p.%20189 – Beda in epistolas canonicas (http://www.e-codices.ch/en/csg/0262/p.%20189)